



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Pacis Westphalicæ Publica**

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Schluß des Jahrs 1647. biß in den Monath Junium des Jahrs 1648. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1735**

**VD18 90103157**

N. III. Vergleichener Articulus Satisfactionis Hasso-Casselanæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52461](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52461)

1648.

Mart.

N. III.

*Dispar. per Altenburg.*  
30. Mart. 1648.

1648.

Mart.

*Berglicherer Articulus in puncto Satisfactionis Hasso-Cassellanae.*

Repetitis Conditionibus ad Art. de Gravaminibus positis, circa causam Hasso-Cassellanam conventum est, ut sequitur.

*Primo* omnium, Domus Hasso-Cassellana omnesque ejus Principes, maxime Domina Amelia Elisabetha Hassia Landgravia, ejusque Dominus Filius Wilhelmus, illorumve haeredes, Ministri, Officiales, Vasalli, Subditi, Milites & alii, quocunque modo illis addicti, nullo prorsus excepto, non obstantibus contrariis Pactis, Processibus, Proscriptionibus, Declarationibus, Sententiis, Executionibus & Transactionibus, sed illis omnibus, ut & Actionibus vel Praetensionibus ratione damnorum & injuriarum tam neutralium quam belligerantium annullatis, universalis Amnestiae supra fancitae, & ad initium belli Bohemici cum plenaria restitutione reductae, omniumque beneficiorum ex hac & Religiosa Pace provenientium, pari cum caeteris Statibus jure, prout in Articulo incipiente: Unanimi &c. disponitur (exceptis Caesareae Majestatis et Domus Austriae Vasallis & Subditis haereditariis, quemadmodum de iis in §. Tandem omnes &c. disponetur) plenarie participes sunt.

*Secundo.* Domus Hasso-Cassellana ejusque Successores, Abbatiam Hirsfeldensem, cum omnibus appertinentiis, Secularibus & Ecclesiasticis, sive intra sine extra territorium (ut Praefectura Gellingen) sitis, salvis tamen juribus, quae Domus Saxonica a tempore immemoriali possidet, retineant, & eo nomine Investituram a Caesarea Majestate toties, quoties casus evenerit, petant, & fidelitatem praestent.

*Tertio.* Jus directi & utilis Domini in Praefecturas Schaumburg, Bückeberg, Sachsenhagen & Statthagen, Episcopatus Mindano antehac assertum & adjudicatum, porro ad Dominum Wilhelmum modernum Hassia Landgravium, ejusque Successores, plenarie in perpetuum, citra ulteriorem dicti Episcopatus aut alterius cujusvis contradictionem aut turbationem, pertineat, salva tamen transactione inter Christianum Ludovicum Ducem Brunsvicensem & Luneburgensem & Hassia Landgraviam, Philippumque Comitem de Lippe inita, firma etiam manente, quae inter eandem Landgraviam & Comitem inita est, conventionem, quatenus ea Caesareae Majestati & Sacro Romano Imperio non praedjudicat.

Conventum praeterea est, ut pro locorum hoc bello occupatorum restitutione & indemnitate causa, Domina Landgravia Hassia Tutrici ejusque Filio, hujusve Successoribus Hassia Principibus, ex Archi-Episcopatibus, Moguntinensi & Coloniensi, Episcopatibus item Paderbornensi, Monasteriensi & Abbatia Fuldensi, Sexcies centena millia Thalerorum Imperialium, bonitate Imperialibus Constitutionibus modernis correspondentium, intra spatium novem mensium a tempore Ratificationis Pacis computandum, Cassellis, solventium periculo & sumptibus, pendantur, nec contra promissam solutionem ulla exceptio ullusve praetextus admittatur, multo minus summa conventa, ullo arresto afficiatur.

Ut etiam Domina Landgravia de solutione tanto securior sit, sequentibus conditionibus retineat Neus, Cosfeld & Neuhaus, inque iis locis sua sibi.

N. III.  
Von den Directoris un-  
terschiedener  
Articul Satisfactionis  
Hasso-Cassellanae.



1648. fibique solum obligata præsidia habeat, ea quidem lege, ut præter officiales 1648.  
 Mart. & alias personas in præsidiiis necessarias, dictorum trium Locorum præsidia  
 conjunctim non excedant numerum mille ducentorum peditum & centum  
 equitum, Domina Landgravia dispositioni relicto, quot cuiusvis dictorum  
 locorum, peditum & equitum imponere, quemve huic vel illi præsidio præ-  
 ficere velit. Præsidia autem, secundum ordinationem de sustentatione Offi-  
 cialium & militum Hassiacis hætenus consuetam, alantur, & quæ ad con-  
 servanda fortalitia necessaria sunt, præstent ex Archi- & Episcopatibus in  
 quibus dicta Arx & Civitates sunt sitæ, absque summa supra nominata di-  
 minutione. Integrum autem sit ipsis præsidiiis, contra morosos & tardan-  
 tes, sed non ultra debitam summam, exequi. Jura autem Superioritatis  
 & Jurisdictionis tam Ecclesiastica quam Secularis, & reditus nominatarum Ar-  
 cis & Civitatum Domino Archi-Episcopo Colonienfi sint salva.

Quam primum vero post ratificatam Pacem Domina Landgravia tre-  
 centa Thalerorum millia Imperialium fuerint exsoluta, restituat Neus, re-  
 tineatque Cosfeld solum & Neuhaus, ita tamen, ut præsidium Neusianum  
 in Cosfeld & Neuhaus non deducat, vel ejus nomine quicquam ulterius  
 exigat; Nec præsidia in Cosfeld numerum Sexcentorum peditum & 50.  
 equitum, in Neuhaus autem centum peditum, excedant.

Sin autem intra terminum novem mensium Domina Landgravia in-  
 tegra summa non dependatur, non tantum Cosfeld & Neuhaus, donec ple-  
 naria subsecuta fuerit solutio, sed & pro residuo summae ejusque singulis  
 centenis quinque annuatim Imperiales, donec residuum summae exsolutum  
 fuerit, pensionis nomine solvantur, & tot Præfecturarum ad supra nomi-  
 natos Archi- & Episcopatus atque Abbatiam pertinentium, & Hassiæ Prin-  
 cipatui vicinarum, quot præstandis & exsolvendis pensionibus sufficiunt,  
 quæstores & receptores Domina Landgravia juramento obstringantur,  
 ut de redditibus annuas residua summae pensiones solvant, non obstante  
 Dominorum suorum prohibitione. Quod si vero quæstores & receptores  
 in solvendo moras nectant, aut redditus alio conferant, Domina Landgravia  
 exequendi & ad solutionem quovis modo illos adigendi liberam habeat  
 potestatem, de reliquo jure territoriali Domino proprietatis interea sem-  
 per salvo.

Simul ac vero Domina Landgravia totam summam cum pensionibus  
 a tempore moræ acceperit, restituat illico, loca jam denominata, cautionis  
 nomine interim retenta, pensiones cessent, & quæstores atque receptores  
 quorum facta fuit mentio, juramenti nexu sint liberati. Quorum autem  
 Præfecturarum redditus, pensionibus contingente mora solvendis, sint as-  
 signandi, ante Ratificationem Pacis eventualiter conveniet, quæ conventio  
 non minoris sit roboris, quam ipsum Pacis Instrumentum.

Præter loca autem securitatis causa, ut memoratum, Domina Land-  
 gravia, relinquenda & post solutionem demum restituenda, restituat illa  
 nihilominus Ratificatione Pacis subsecuta, omnes Provincias & Episcopatus  
 nec non illorum Urbes, Præfecturas, Oppida, fortalitia, propugnacula, &  
 omnia denique bona immobilia, nec non jura inter hæc bella ab ipsa occu-  
 pata, ita tamen, ut tam in præfatis tribus locis, cautionis loco retinendis,  
 quam reliquis omnibus restituendis, non solum annonam sed etiam  
 omnia ad bellicum apparatus spectantia, quæ inferri vel fieri curavit,  
 per subditos evehenda Domina & supradictis Successoribus, quæ  
 vero ab ipsa non illata, sed in locis occupatis tempore occupationis re-  
 perta sunt, & adhuc existant, ibi permaneant, sed ut etiam fortificationes  
 & valla, durante occupatione exstructa, eatenus destruantur, ne tamen  
 Ur.



1648. Urbes, Oppida, Arces vel Castra cujusvis invasionibus & deprædationibus pœnant.

1648.  
Mart.

Actum & conventum hoc est Osnabrugis die <sup>8 Aprilis</sup> <sub>29 Martii</sub> Anno 1648.

N. Georgius Keygersperger ꝛ. Wolff Conradt von Thumshirn ꝛ.

### §. XIV.

Relationes  
über die Cassel-  
sche Satisfac-  
tions-Sache.

Die ganze bishero umständlich erzehlte Handlung in der Hessen-Casselschen Satisfactions-Sache vom 19. bis 30. Mart. steht in Compendio, aus denen sub N. I. II. III. beygefüigten Relationen zu nehmen.

### N. I.

Relatiod. d. Osnabrug den 23. Mart. 1648.

Als man jüngst berichtet massen, wegen daß die Herren Kayserliche stricte darauf beharret, sich ehe und zuvorn der von ihnen ausgegebene Auffsat des paragraphi *Tandem omnes & singuli &c.* pure & simpliciter verwilliget, in weitere Handlung nicht einzulassen, den 18. dis unverrichteter Dinge doneinander gehen müssen; haben die Herren Schweden folgenden Tags darauf dis Temperament vorgeschlagen, daß gleichwie sie so ferne von ihrer Intention zu weichen gewiller, und die Erörterung der Satisfactions Militiæ auf die letzte ver schoben wolten seyn lassen: Also auch die Herren Kayserliche sich ebenfals bequemen, und diesen §. dahin aussetzen solten: Worüber so wol ex parte Catholicorum als Evangelicorum mit denen Herren Kayserlichen den 19. und 20. Handlung gepflogen, und das Werk, nach vielen hin- und wiederfahren, dahin, wiewohl mit harter Mühe, gebracht worden, daß sie im Ende auf eiffriges Zusprechen geschehen lassen, damit die Erörterung des offtbemeldten paragraphi eben auch auf die letzte remittiret, und pari passu mit der Satisfactione Militiæ abgehandelt werden möchte; doch mit dem ausdrücklichen Reservat, daß damit der Königl. Kayserlichen Majestät das geringste nicht vergebem, noch der Herren Schweden, ratione ihrer Præzensionen, in diesem Stück eingeräumt seyn solte. Und weisen bey so bewandten Dingen die Herren Kayserliche sich erboten, nicht allein die causam Castellanam und nach dero Hinzulegung, die übrigen Puncta Amnestiæ vorzunehmen; sondern auch, wenn die Casselische Sache richtig, selbe neben denen causis Palatina, Brandenburgica & Brunsvicensi, zu unterschreiben: Als ist man Dienstags den 21. das siebenzehende: und dismahl in Herrn Ofensterns Hofe zusammen kommen, bey 3. Stunden zwar mit einander mehr controvertiret, als tractiret; Allein, weisen die Herren Kayserliche auch das nicht mehr, was Herrn Grafen von Trautmannsdorff Excellenz in Dero Anwesen bereit verwilliget, halten wollen, sondern, auf unzweiffelichen Antrieb so wohl Herrn Canslar Buschmans, als derer Hessen-Darmstädtischen, auf ihrem jüngst überschickten, von sich gestellten Auffsat strictissime, ausser, daß sie ratione summæ etwas näher getreten, verharret, und die Hessen-Cass. lische auch ihres Theils gar zu wenig cediren wollen, ist auch dieser Congress allerdings fruchtlos ab- und nun bey 10. Tagen vergeblich hingegangen: Da man doch in guter Hoffnung gestanden, noch vor Ostern aus allen übrigen Differentien, bis zur Satisfactione Militiæ, & modo Executionis Pacis, zu eluctiren.

Gestern und heut den ganzen Tag ist man so wohl an Catholischer als Evangelischer Seiten, auf unablässigen Antrieb des Herten Chur-Bayerischen Abgesandten, beschäfftiget gewesen, die in dieser unangenehmen Sache noch befindliche obstacula aus  
Zünftiger Theil. Pppp dem